

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

in rechter Erkantnuß und Beständigkeit seines Worts gnädiglich und reichlich verleyhen / Amen.

Freundlich und gerechtlich bitten / wollen Euch im Gebett / Lehr / Zucht und in allem meinen lieben Sohn Euch gerechtlich lassen befohlen / das will ich umb Euch verdienen wo möglich / der Cansler laßt Euch seinen freundlichen Di. nst anzeigen / wolleter von meiner wegen Ewer Haußfraw / Glindern und seine Haußfraw freundlich grüssen / meine liebe Haußfraw wünscht Euch allen die Gnade Gottes / und alles guts und Beständigkeit Göttlichs Worts / an Seel und zu Leib / thue uns hiemit der Gnaden Gottes / in beständiger Erkantnuß seines Worts geistlich und von Herzen befehlen / wolleter auch dieses böß Schreiben zu meiner Leyischen einsalt freundlich von mir vermercken / lauts mir wohl / so gemeinichs doch herzlich gutt / zuvor auß in allem dem / das zu auffbawung Göttlichs Worts / nusslich und dienstlich seyn möcht / so bin ich Euch und Eweren mit aller Freundschaft ganz wohl genigt. Datum in eis den 25. Martii Anno 1561.

Erasmus von Benningen/
zu Kungspach.

XXII.

SIn Christo, Reverende vir, frater in Christo amiciff. Contuli cum D. Doctore Ludovico, de dissidio in vestra schola exorto, cum prius omnia acta diligenter legissem, & ipse quoque multa mihi exposuisset. Existimo autem, unam tantum esse rationem, qua huic rei succurri possit. Principiis obstandum est, quo quid velim, fortassis D. Doctor commemorabit. Quod nunc agit Zanckius, idem antea egerunt Calvinus & Martyr. Tanrispet suas opiniones apud vos dissimularunt, donec invenirent loca, in quibus tuto effunderent sua dogmata. Spiritus Christi prudentissimus quidem est, non est autem tam malitiose callidus, ut aliud fingat, donec suum habeat asylum. Ego tecum de cænâ Dominicâ sentio, de præsentia videlicet verâ & essentiali seu substantiali corporis & sanguinis Christi, in cænâ, juxta explicationem D. præceptoris nostri, Lutheri. Idem etiam sentio de prædestinatione, à posteriori videlicet, non à priori de ea cogitandum, ut ex ea fidem nostram confirmemus, non infirmemus, aut extinguamus. De Antichristo, nollem contendere odiose. Scimus Papatum esse Antichristianismum: fortassis autem fieri potest, ut inter Papas exoriatur aliquis, qui impietate, astucia, dolis, crudelitate & tyrannide reliquos omnes superet, & det filio DEI occasionem, ut properet ad extirpandum universum Papatum & ad judicandum vi-

vivos ac mortuos. De hac re Dominus curabit. Nos nostrum officium faciemus, & expectabimus adventum Domini. Nec dubito, quin Dominus ita favoreat vestræ Ecclesiæ, & Politicæ, ut inspiraturus sit vestro magistratui consilium, quo isti dissidio in tempore obviam eatur. Tu cave, ne ecclesia publicè à te aut tuis collegis, pro communione, audiat, quid sit inter vos certaminis in Schola. Spero enim futurum, ut hoc malum non serpat latius apud vos. Bene ac sæliciter vale. Studtgardia, die 16. Maji Anno 1561.

Jo. Brentius.

XXIII.

Salus in Christo.

Quas ad me dedisti, literas, Frater in Christo reverende, accepi, easque perlegi. Intellexi autem ex iis, sedulo te facere, ut conjunctio benevolentia nostræ, quæ propter commune nobis officium intercedit, diu possit inter nos salva esse, & firma. Idque etiam apparet ex ipsa diligentia, quam in conscribendis ad me epistolis de vestrarum rerum statu adhibes summam. Quæ tua voluntas à meâ sanè voluntate prorsus non est aliena. Nihil enim cupio, nisi ut cum fide Ecclesiæ DEI Ministris, sanæ doctrinæ sociis, possim esse familiaritate conjunctus. Quorum in societate cum tu quoque verferis: meritò fovendam inter nos esse, & perpetuò conservandam nostram amicitiam censéo. Libellus tuus, quem per Scholasticum quendam superiori tempore ad me misisti, & literæ etiam, ad me pervenerunt. Legi equidem istum libellum tuum summo studio, & non sine mediocri voluptate: & placet mihi vehementer: cum propter ipsum authorem, quem scio esse Virum doctum, excellentem, pium: tum etiam propter nativam cœnæ Domini sententiam, quæ in eo rectè, perspicuè, & verè explicatur. Nec mihi soli placuit, verum etiam toti nostro conventui, cujus etiam, posteaquam benè ego, & accuratè cognovissem, subjeci judicio atque censuræ. Primum igitur gratias esse DEO agendas censemus, qui semper excitare solet in Ecclesia suos pios Ministros, quorum opera ad prædicandam veram doctrinam, & ad refellenda impia Adversariorum dogmata, utitur.

Deinde etiam tuum nos laudamus laborem, quem ea in re posuisti, utilissimum. Addo illud etiam, quod non minus certè nobis gratum est, in aliis quoque Ecclesiis florere, sonare, scriptisque defendi eam doctrinam, quam nos multos jam annos uno omnes ore in Ecclesiis nostris apud Argentin-

tinen-